

PISTILLI, de quo dixi ad Soranas. — Item ad has partes pertinet liber Mariannae Candidae DIONIGI (*viaggi in alcune città di Lazio che diconsi fondate dal re Saturno* Rom. 1809. fol. max.), quae inscriptiones quas refert alias neque eas paucas ex Grutero descripsit auctore non citato, alias ex lapidibus dedit a se non satis perite descriptas et quod peius est a viris doctis quibus familiariter utebatur inter sermones vespertinos subinde correctas; quod narravit mihi qui saepe interfuit Borghesius neque omittere debui, ne ignorarent qui legunt horum exemplorum genus et naturam. — Eodem tempore Ioh. Bapt. Ianuarius GROSSI advocatus Neapolitanus (n. 24 Iun. 1756, mort. 23 Mart. 1823) librum composuit, quem scriptum vidi Arce apud heredem eius optimum amicum meum Federicum Grossi inscriptum *i viaggi di Apollonio Evandro di Rodi tradotti dal Greco nell' Italiana favella*. Fabula Milesia non solum plena est titulorum maxime Pratillianorum, quos Apollonius ille iter faciens vidisse narratur et descripsisse, sed praeterea domesticos, id est Arcanos et Arpinates, complures proponit (n. 700\*—704\*) ab ipso Grossio ita compositos, ut magis ludere voluisse auctor videatur quam doctis viris fraudulenta arte illudere. Nihilo minus hinc petiti tituli quidam Ciceronum separati a sociis ab auctore cum amicis Romae degentibus communicati editique per Guattanium (a. 1805) et Dionigiam (a. 1809) ut aliis, ita ipsi Borghesio fraudi fuerunt. Postea Grossius in libro edito *i Volsci*,

*indi Lazio nuovo* tribus voluminibus (Neap. t. I 1813; t. II 1816 qui ad Arcem pertinet quique prius prodiit in *Giorn. Enciclop. Nap.* 1815 a. IX t. III p. 37—199 cuius paginas cito; t. III 1816 ad Arpinum spectans) inscriptionum Apollonii sui eas fere, quas amicis Romanis probavisset, sub eorum nominibus suo non adscripto attulit reliquis suppressis. Praeterea quas proponit repetivit fere ex commentariis editis Pistillii et Notarjannii pessime interpolatas, paucas addidit ineditas easque ficticias omnes. Ego editionem priorem parans, quo tempore copia mihi non erat itinerarii scripti, cum intellexissem, quomodo corrupisset exempla Pistilliana nec lateret iam sollemnis fraus, quam commisit titulo Patavino notissimo in agrum Lirinatem translato (v. n. 596\*), duce Avellino gravissimo auctore qui apud Savigny (verm. *Schr.* III p. 411): *il defunto Grossi*, inquit, *avea l'abitudine di supporre iscrizioni e monumenti fittizii, e deludeva con magnifiche menzogne coloro che a lui prestavano fede*, solo Grossio auctore quae tradebantur, expuleram omnia, sed retinueram quae venerunt a Grossio personato, etsi iis quoque significabam pariter me diffidere. — ROMANELLIVS quae in itinere Casinati et in topographia affert quaeque exhibet Antonius QVADRINI (*cenno storico monografico della città d' Arpino*. Neapoli 1840. pp. 24), ex Grossio fere exscripta sunt. Nec magis mihi profuit libellus Ludovici MARIANI (*Arpinum and its antiquities in the days of Cicero*. Londini 1871. 8).

5678 [= 4470 = 7252] Arpini in pariete ecclesiae S. Mariae di Civita extrinsecus loco alto accessusque difficilis.

..... pa TRI · MERCVRIO · LAN  
 CILIX · TVLLI · L · S  
 sic TEPA · PRECIAE · S  
 5 PHILOTIMVS · PERFIC

Recognovi descriptam a Philippo et Brunnio. Pistilli ed. 1 (1798) p. 49, ed. 2 p. 35; Dionigia f. 49; Grossi 3, 71; Gerhard apud Amatium a. 1825 Vat. 9776. Orelli 1403.

1 R/VM ego, ..PLVM Pist. 1 Dion. Grossi, VM Pist. 2 Gerh., VM Brunn. — 3 TVLLI · S priores. — 4. 5 om. Pist. 1 Grossi. — 4 de lectione mihi plane constabat. — 5 primus satis recte legit Brunnus. In fine mihi visum est PERFIC, ut inter F et I spatium adesset non scriptum. — Puto aediculam dedicatam esse a quattuor magistris, quorum alter ordo intercidit, subscriptum fuisse *Philotimus perficiendam curavit*.

5679 [= 4472] reperta sub finem saec. XVIII intra moenia Arpini prope pontem in aedibus Emidii de Vito.

A · AIGIVS · C · F  
 L · RVNTIVS · C · F · SISIPVS  
 M · FVFIDIVS · M · F  
 a ID · DE · S · S  
 ad colligendas  
 5 aqu AS CAElestes  
 CLOVACAS · FACIVND  
 COER · EIDEMQVE  
 P · RO · B · A · R · V · N · T

Recognovi post Brunnium. Est in vol. I n. 1178 et in tabula Ritscheliana LXXVI c. Pistilli ed. 1 p. 44. 48, ed. 2 p. 33 (cf. err. typ. ind.), in qua ed. tituli coniunguntur; Dionigia f. 49; Grossi 3, 72. 74; Garrucci *oss. intorno ad una iscr. osca* (mem. acad. Herculanaensis vol. 7 a. 1851) p. 27 = *rendiconto dell' acc. Erc.* fasc. 1 (1852) p. 13 de visu. Henzen 7033.

3 M. Fufidius M. f. eques Romanus Arpinas nominatur apud Ciceronem ad fam. 13, 11. 12. — 5 in lapide deprehendi //ASC... id est ASCAE vel ASCAL; VIAS CIVITatis, quod proposuit Garruccius, neque in lapide est et peccat contra usum sermonis Latini. — Adscripsi interpolatum textum Grossii.

A · EIGIVS · C · F · ... · T · ...  
 T · AGVSIVS · T · F · SIFILVS · A · C · ...  
 M · FVFIDIVS · M · F · ... · CLVACAS · FACIVND  
 AEDEM · DE · S · P · ... · COER · EIDEMQVE  
 PROBARVNT

5680 [= 4473] Arpini.

A F · MANCIPN  
 F · CNCHAERIIT  
 VS · C · F · SVCID  
 mVRVM  
 5 PED · CCCXXC  
 COE  
 Manutius cod. Vat. 5237 f. 233 (inde orth. 764, 6; Grut. 198, 15 ex Aldo). Est in vol. I n. 1179. Tria nomina aedilium restituere non audeo. — 4 AVRVM traditur.

5681 [= 4474 = 7253] Arpini in ecclesia S. Mariae prope organum.

1 IE  
 TANGERE · LIC  
 A · TREBELLI · A · I  
 M · AIEDIVS · M  
 5 M · ANIVS · CA

Recognovi descriptam a Philippo et Brunnio. Pistilli ed. 1 p. 49, ed. 2 p. 33; Dionigia f. 47;

Grossi 3, 73; Romanelli *viaggio a Monte Casino* p. 107. 1 prima littera aut F fuit aut T. — TANGERE LICEAT | MATREDIVS | ATREDIVS rel. om. Pist. ed. 1; ... | ..TINGERE · LICEAT | ..MATREDIVS... | ...ATREDIVS... Grossi, ut turre si diis placet tinctorias adderet fullonicis tituli Arpinatis n. 5682.

5682 [= 4475 = 7254] Arpini in ecclesia S. Mariae di Civita alla loggia della sagrestia.

Q · GAVIVS · Q · J  
 CN · LONGIDIVS  
 CN · TILLIVS ·  
 AID · D · S · S · IN  
 5 TVRRIM · MAIorem ...  
 FVLONICA s superiores?  
 ET · INFERIORes

Recognovi post Philippum et Brunnium. Est in vol. I n. 1177 et in tabula Ritscheliana LX A. Pistilli ed. 1 p. 48, ed. 2 p. 35; Dionigia f. 49; *La patria di Cicerone* (Neap. 1810) p. 19; Grossi 3 p. 72; Romanelli *viaggio a Monte Casino* p. 106; Gerhardus a. 1825 apud Amatium Vat. 9776.

Henzen 7034. Grossii lectio interpolata (v. 6 excidit errore typographi): P · GAVIVS · C · F · ... CN · LONGIDIVS · ... CN · TVLLIVS · ... M · COSSINIVS · ... TVRRIM · MAI · ... ET · INFERIOR · ...